



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Adulatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

De Adulatione.

23. Scandalum adiungi potest Adulatio, quæ s̄epe solet alios, & perserterim Principes excitare ad peccandum, vel confirmare in peccato. Est autem adulatio, cūm quis excedit modum in laudibus alterius, propter illius oblectationem: maximè si id faciat spe alicuius lucri proprij: in quo excessu regulariter est peccatum veniale. Potest autem esse mortale: i. si laus consistat in peccato mortali alterius ratione peccati. ii. si adulatio ordinatur ad graue damnum corporale, vel spirituale laudati. 3. si est causa peccati mortalis illius, & hoc præuideatur ab adulatore, ut dictum est est de scandalō. S. Thom. 2.2. q. 115. art. 1. & 2. Less. lib. 2. de iust. cap. 47. dub. 1. num. 52.

24. Huic vitio aliud est oppositum, nempe morositas, asperitas, scutigia: cūm scilicet aliqui in conuerlatione non curant placere, sed nimium sunt difficiles, & contradictores, nec se accommodant, cūm oportet: & hoc etiam regulariter est veniale. Posset autem

tem esse mortale, si ex aliquo graui odio procederet in contemptum , & graue damnum proximi : vel ob impugnan- dam veritatem in re graui , aut quid si- mile. S. Thom. ibidem quest. 116..

*De Eleemosyna, & fraterna Cor-
rectione..*

Non solum tenetur homo non odire, nec inferrere malū proximo; sed etiam amare , & velle bonum, tam in rebus temporalibus, quo fit per eleemosynam , quam in spiritualibus per fraternali correctionem , & instru- ctionem. Et quidem, quoad eleemosy- nam, ea, facienda est ex superfluis. Su- perflua autem sunt duplicitis rationis: alia dicuntur superflua vitæ , vel naturæ : ve- sunt illa, quæ , demptis ijs, quæ alicui sunt necessaria ad vitam sustentan- dam, siue propriam, siue tuæ familiæ; ad- huc tamen supersunt. Alia dicuntur su- perflua statui: & sunt ea, quæ , demptis ijs, quæ sunt necessaria, non solum ad vitam sustinendam , sed etiam ad con- decentem statuam , iuxta conditionem

L. 5. per-